



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Distinctio decima.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

## Magistri Durandi de

num diuinarum, illa nō pertinet ad eandem Hierarchiā quae non possunt eodē modo diuinis illuminationes recipere, sicut illæ ciuitates non spectant ad eundē principiatū quæ non subsunt eodē modo, & secundum easdem leges, & confuetudines gubernationū principis. Sed angelī & homines nō possunt eodē modo recipere diuinis illuminations, ergo &c. Major pater, & minor probatur. Nam angelī recipiunt diuinas illuminations in intelligibili puritate, homines verò sub similitudinibus rerum sensibilia, ut patet in sacramentis ecclesie & figuris scriptura. Vnde Diony. i. cap. ccl. Hierar. dicit quod impossibile est nobis superlucere diuinum radium, nisi varietate factū velaminum circumcularum, igitur &c.

<sup>7</sup> A D. Primum argumentum dicendum, quod ordo quandoq[ue] dicit habitudinem diversarum periorum in eodem officio: & sic est pars Hierar. nec predictatur de ipsa. Alii vero dicunt habitudinem diversorum officiorum adiunictem, & sic est idem quod ordinatio. Et est superior ad Hierar. Et predictatur de ipsa.

<sup>8</sup> Ad aliud dicendum q[uod] illud quod nō est vni per se, sed solum ratione ordinis potest notificari per res diversorum generum: talis est Hierar. ideo &c.

Q VÆSTIO SECUND A.  
Vrum homines assumuntur ad  
ordinis angelorum.

Tho. 1. q. 103. ar. 8.

<sup>9</sup> Secundo queritur, vrum homines assumuntur ad ordinis angelorum. Videtur quod non, quia quicunque differunt in Hierarchia, differunt in ordine. Sed homines & angelis differunt in Hierarchia (ut prius probatum est) ergo &c.

<sup>10</sup> Item plus diffat natura hominum à natura angelorum quam natura vnius angelii à natura alterius. Sed angelus inferioris ordinis nunquam assumitur ad ordinem superioris, ergo &c.

<sup>11</sup> IN CONTRARIUM est quod dicit Gregorius, & habetur in litera.

<sup>12</sup> Item Matth. 22. promittitur hominibus quod erunt sicut sancti angelii dei in celis.

<sup>13</sup> R E S P O N S I O. Homines assumi ad ordinis angelorum potest intelligi dupliciter. Vno modo quantum ad æqualitatem officiū. Alter modo quantum ad æqualitatem premij. Primo modo nunquam assumuntur homines ad ordinis angelorum, quia actus & officia ordinum sunt purgare, illuminare, perficere, custodiare & nuntiare, hoc autem non conuenit sanctis post resurrectionem, nec modo conuenit animabus beatorum secundum communem legem, licet aliqui ex diuina dispensatione quandoque reueauerint, & nuntiauerint aliqua viuentibus, sed priuilegia paucorum non faciunt legem communem, ideo &c. Causa autem huius est forte, quia actus & officia ordinum angelorum circa nos competit eis secundum gradum naturæ simul & gratia quam habent inter nos & Deum, ut declarabitur infra dist. ii.

<sup>14</sup> Si vero intelligatur de æqualitate premij dicendum quod non omnes homines brevi assumentur ad equalitatem talium (putte pueri baptizati mortientes anteq[ue] habeat vsum libe. arb.) Cuius ratio est, quia plus potest gratia cum actu meritorio q[uod] gratia sola. Sed pueri decedentes post baptismum ante vsum libe. arb. dabitur gloria proper solam gratiam quā in baptismō receperunt. Angelis autem nō redditur gloria pro gratia cum actu meritorio, quia sūa beatitudinē meruerunt, ut dictū fuit prius, ergo amplior gloria est in quolibet angelo q[uod] in pueris baptizatis decederint anteq[ue] meruerint aliquid per actum propriū. Item secundum Magistrum Sent. & alios doctores angelis data est gratia secundum proportionem suorum naturalium, credibiliter etiā est quod pueris in baptismō secundum communem legem deur gratia secundum proportionem naturalium, quia ex parte eorum non est aliqua differentia, sed est æqualis capacitas naturæ. Cum igitur natura angelica excedat humana, videtur quod gratia data angelis in sua creatio excedat gratia que committere datur pueris in baptismō, propter quod habendo respectū ad solam gratiam adhuc videtur q[uod] pueri inservient non pertinat ad æqualem gloriam cum minimo angelo. Nec istud est cōtra dictū beati Gregorii, quia ipse nō

## Sancto Porciano

dicit q[uod] omnes homines ascendent ad aliquem de ordinibus angelorum, sed quod ad singulos ordines angelorum aliqui de hominibus assumuntur, quod est verum de illis qui propriis meritis tales gradum sibi acquisuerunt, iuxta quod est intelligendum q[uod] nullus homo per vincum actum meritorium potest sibi acquirere talen gradū quamlibet angelus obtinuit per vincū meritorium, quia supposita æquali gratia quantitas meriti attenditur secundum quantitatem intentionis actus voluntatis per maiorem bonitatem & decretationem malum. Sed ista intentio fuit maior in angelo in quo fuit secundum totum contum suæ nature, ut dictū fuit primo lib. dist. 17. q. 3. q[uod] proficit esse in homine qui est inferioris nature, & in quo appetitus sensitivus retrahit à bono appetitum rationalem, ergo si videtur homo per vincum actū non potest mereri tantum quantū meruit angelus. Nec per confequēs habet eundem gradū præmij sicut angelus, propter quod oportet q[uod] hoīs peruenientes ad æqualitatem præmij cū angelis mereamur hoc per plures actus ex quod multiplicatio agetur in eis gratia, & meriti amplioris glorie. Et in tantū possunt multiplicari in hominibus actus meritoriorum q[uod] potest nō solum attingere æquale præmium cum angelis, sed si perexcēdere, sicut tenet ecclesia de B. Virgine. De Christo autem non est dubium quin sit beator omni angelo, & fuit ab instanti sua conceptionis qui non accepit spiritum ad mensuram, exponendo ut alibi expostum est.

<sup>15</sup> A D. Primum argumentum pater solutio, procedit enim de æqualitate officiorū secundum actūs Hierarchy. attenduntur, & secundum quæ angelii in ordinibus Hierar. collocantur.

<sup>16</sup> Ad secundum dicendum, quod angelus inferioris ordinis nunquam elevarunt ad superiorem ordinem nec quantum ad officia, nec quantum ad præmīum. Quia gradus officiorū sunt in beatis proportionabiliter ad gradus naturam quæ non mutantur, & gradus præmiorum secundum gradum p[ro]ficiēntium meritoriorum qui in angelis nō augentur, nec ex parte gratia quæ est radix merendi, nec ex multiplicatione actuum, secus autem est de inerito hominis, ut dictum est.

Sententia huius distinctionis. X.  
in generali & speciali.

<sup>17</sup> H Oc etiam inuestigandum est. Superior determinavit Magister distinctionem angelorum quādam ad ordinēs. Hic vero determinat eis quantū ad officia digniora que sunt assistere, & ministrare. Secundo quantum ad officia inferiora sicut est custodiare. Secunda incipit in principio. 2. dist. illud quoq[ue] sciendum est. Prima diuiditur in tres. Primo mouet questionem suam & tangit circa eam vnam opinionem. Secundo tangit aliam. Tertio tertiam. Secunda ibi, quibus obicitur. Tertia ibi, alij vero dicunt. Secunda istarum diuiditur in tres. Primo tangit opinionem. Secundo mouet contra eam obiectio nem & solvit. Tertio docet secundum eam respōdere ad contrarium. Secunda ibi, hic oritur quæstio. Tertia ibi, quia autem omnes angelos. Haec est sententia lectionis in generali.

<sup>18</sup> I N speciali vero sic procedit, & proponit primo inquiringo vrum omnes angelii ad exteriores nunciandas mittuntur. Et dicunt quidā quod non omnes mittuntur, quia superiores semper Deo assuntur. Et hoc confirmat autoritatisbus. Postea ponit secundum opinionem dicentium omnes angelos mitti, quia Seraphim missus legitur ad Esa. Et ipse filius Dei ad nos missus est. Et haec opinio nem confirmat autoritatem Apostoli. Postea obicit contra hoc. Si enim omnes mittuntur, ergo debent dici angelii. Et respondet q[uod] angelii propriè dicuntur qui ex officio & sepius mittuntur. Alij vero rarii mittuntur qui cum mittuntur angelorū nomen suscipiunt, secundum ilud qui facit angelos tuos &c. Ad hoc incidenter ad huius confirmationem determinat de nominibus quorundam spirituum. Et dicit quod secundum istos Michael, Gabriel, Raphael, de superiori ordine sunt, vnde sunt nomina spirituum quorundam nominum interpretatione tangit. Alij tamē dicunt quod nomina sunt propria officiorum, vnde quia Raphael interpretatur medicina dei quilibet qui ad medendum mititur potest dici Raphael, & similiter

tec

ter in alius. Subdit etiam huius simile in demonibus in quibus quadam nomina sunt non vni tantum, sed pluribus conuentientia, ut nomen diabolus, nomen Belial, quorum nominum interpretatione tangit in litera. Postea secundum istam opinionem soluit auctoritates contrarias dicens quod suos peniores dicuntur asiliter, quia raro mittuntur: & tamen si ceteri mittuntur non propter hoc recessunt ab ipsa diuina essentia, sed eius contemplatione semper asilunt, quod etiam faciunt qui sepe mittuntur. Et postea tangit aliam opinionem dicendum tres ordines supremos semper asiliter & nunquam mitti ad exteriora. Inferiores tantum mitti, medios vero ordines dicunt & asiliter, & mitti, prout tamē mitti accipitur in quantum superiores medios illuminant, & medii inferiores illuminant sic, quia superiores mediis nuntiant, & medii infimis: ideo superiores dicuntur angeloi. De illo autem qui fuit missus ad Esaiam dicit quod ite non fuit proprius Seraphim, sed quia ad ascendium peccati Esaiæ veniebat, Seraphim nomen accepit. Et in hoc ter. &c.

## QUESTIO PRIMA.

Vtrum omnes angeloi mittuntur.

Tho. I. q. 112. ar. 2.

Circa decimam distinctionem queruntur duo. Primum est utrum omnes angeloi mittuntur in ministerium. Secundum est an omnes assistunt. Ad primum sic procedit. Et videtur quod omnes regulariter mittuntur quia si non omnes mitterentur, sed tamen inferiores, cum libet habeat inferiori se excepto ultimo pro eo quod omnes angeloi sunt inaequales, nullus mitteretur nisi vnuus qui est omnium ultimus, hoc est autem inconveniens, ergo &c.

2. Itē personæ diuinae sunt nobiliorum quibuscumque angelis, sed personæ diuinae mittuntur (ut filii & spiritus sancti sicut patet ex primo libro) ergo &c.

2. IN CONTRARIUM est quod dicit Grego. & habetur in litera, quod superiora agmina ab intuis nonnumquam recessunt quoniam ea quae præminent viam exterioris officii non habent.

4. RESPONSO. Sicut missio personæ diuinae est eius processio ad sanctificandum creaturam ut dictum fuit lib. I. d. 15. q. 2. Sic angelus dicitur mitti ex imperio diuino aliquid circa nos facit, vel nuntiando, vel reuelando, vel aliquid huiusmodi operando. Est autem vna opinio quod ad hoc faciendum mittuntur omnes angeloi, sed inferiores frequenter, & quasi ex officio. superiores vero rarior & quasi ex dispensatione, quā opinionem recitat Magister & tenet in litera. Confermarur autē tali ratione, ex ordine diuinitus infinito inferiora administratur per superiora tamen in corporalibus & in spiritualibus, sed non obstante quod in corporalibus inferiora admittuntur per superiora regulariter, & secundum curium naturam, tamen hic ordo quandoque prætermittitur ex diuina dispensatione, sicut in suscitacione Lazari, & illuminatione cœci natu, quae non sunt facta mediante actione corporum coelestium, ergo similiter quāvis in spiritualibus illuminations diuinae non veniant regulariter ad nos nisi mediatis bus angelis qui sunt medii inter nos & deum nec a suprenis nisi per medios & infimis, tamen ex diuina dispensatione contingit quodque hunc ordinem prætermittit propter excellenter mysterii quod annuntiant, sicut forte fuit de annuntiatione conceptionis Christi. Creditur enim Gabriel fuisse de suprenis angelis, non de mediis, aut infimis.

5. Hic autem opinione obuiant aliqui sic, ordo naturae non legitur prætermissus nisi propter ordinem gratiae qui est superior. Refusatio enim Lazari, & illuminatione cœci natu, & alia miracula in quibus ordo naturae legitur prætermissus, fuerunt quasi quadam argumenta probatio fidem. Ordo autem gratiae non habet superiorēm ordinē propter quod prætermitti debet, nunquam quod prætermittitur. Cum igitur ordo angelicus sit secundum dona gratiae, prætermitti nunquam debuit. Et adhuc si prætermittitur hoc est frustra quia à nobis percipi non posset: neque enim angelos nouimus ut sciamus de illo qui aliquid nuntiat si est supremus, medius, an infimus.

6. Qui autem mittuntur sic scitur secundum istos, dicunt enim quod proprietates angelorum ex eorum nominibus manifestantur (ut dicit Dion. 7. cap. col. Hierar.) Et

ideo angeloi illorum ordinum ad exterius ministerium mittuntur ex quorum nominibus aliqua executio datur intelligi. In nomine autem dominationum non importatur aliqua executio, sed sola dispositio & imperium de exercendis. Sed in nominibus inferiorum ordinum intelligitur aliqua executio. Nam angeloi & archangeli dicuntur per respectum ad operationem, potestas enim est principium transmutandi alterum, virtus vero est ultimum de potentia respectu operis ut dicitur i. ccl. & mundi. Principis etiam est ut dicit Greg. inter alios operantes priorem existere, propter quod dicit quod ad hos quinque ordines pertinet ad exterius ministerium mitti, non autem ad quatuor superiores.

7. Qui vellel primam opinionem tenere que est satis rationabilis, hec obuiationes non viderentur cogere, quia secundum istos ordo naturae prætermitti dicitur quandoque propter ordinem gratiae, sed quod angeloi nos custodiunt, vel quod nobis aliqua nuntiant magis competit eis ex ordine naturae (quo sunt mediis inter nos & deum) & ex ordine gratiae ut p̄fmet dicunt, quia animabus sanctiorum que ad aequalitatem angelorum quantum ad gratiam & gloriam perueniunt, hec non competit secundum legem communem, ergo hic ordo intermittit potest si hoc cōpetit ordinis gratiae, cōpetit autem ut sicut infima nuntiantur per infimos, sic nuntiantur maiora per medios, & suprema per supremos, quod erat ipsi dicunt quantum ad aliquid. sed quod superiores mittuntur ad altiora ministeria, inferiores vero ad inferiora. Est etiam aliqua utilitas huius missionis non quidem ut sciamus de angelo qui nuntiat si est supremus, medius, an infimus, sicut arguebatur, sed ut ministeria gratiae congruentius & ordinatus explentur, neque enim decet regē magna per infimos nuntiare. Item cum omnes ordines, qui sunt sub dominationibus mittuntur in ministerium (ut ipsi dicunt) clarum est quod cum virtutes, potestes, principatus, vel archangeli mittuntur, predictus ordo intermittitur. Nam inter nos & virtutes sunt mediis quatuor ordines qui intermittuntur, cum virtutes circa nos aliquid faciunt & sic est de aliis usq; ad angelos suo modo.

8. Item licet Christus secundum humānam naturam fuerit minor angelis in gradu naturæ, fuit tamen maior in donis gratiae, maximè quantitate ad gratiam vñonis secundum quam est dñs angelorum, & quanto ad gloriam fructus & instanti sue conceptionis plenisimè habuit, quid igitur indignum est si angelus qui ad Christum dominū angelorum tempore passionis missus fuit (ut dicitur Luc. 22.) fuit de supremis, congruentius enim hoc videtur quam quod fuerit de mediis vel infimis.

9. Ad primum argumentum dicendum quod angelis quinq; inferiorum ordinum mittuntur regulariter maiores quidem ad maiora, inferiores vero & minores ad minora. Sed angelii quatuor superiorum ordinum non mittuntur nisi raro & dispensatiue.

10. Ad secundum dicendum quod est simile de personis diuinis, & superioribus angelis, quanvis personæ diuinae sint excellentiores, quia effectus secundum quos dicuntur mitti persona diuina non possunt esse à creatura. Sed oīa ministeria angelorum regulariter possunt per omnes inferiores angelos quinq; ordinum expleri.

11. Ad autoritatem Greg. dicendum quod intelligenda est regulariter, dispensatiue tamē quandoque fit contrarium.

## QUESTIO SECUNDA.

Vtrum omnes angeloi assistunt.

Thom. I. q. 112. ar. 3.

A D secundum sic proceditur. Et viderur quod omnes angeloi assistunt, quia omnes sunt ministrandi vel aſſistentes, sed omnes ministrandi sunt assistentes, ergo omnes simpliciter assistunt. Probatum mihi Raphael enim qui fuit missus in ministerium Tobie, dicit Tobiae. 21. Ego sum unus ex septem qui aſſamus &c. Et eadem ratio est de aliis in ministerium missis, ergo &c.

2. IN CONTRARIUM est, quia scriptura videtur distinguere inter aſſistantes & ministrandos. Dan. 7. Milia milium ministabant ei, & decies milies centena milia aſſistebant ei.

3. RE:

### Magistri Durandi de

3 RESPONSI O. Asistere Deo aut est cernere Deum præsentem, quomodo asistunt regi omnes in quo rum præsencia rex est, aut est scire eius mentem quomodo asistunt regi soli secretarii. Primo modo omnes angelii asistunt deo, qui beatitudo constituit essentialiter, vel faltem requirit necessario actum intellexus sed actus intellectus non est sine præsencia obiecti, ergo omnes beati cernunt deum (qui est sine beatitudinis obiectum) essentialiter presentem.

4 Si secundo modo accipiatur asistere deo, s. scire mentem eius, aut accipitur generaliter. Et sic adhuc oes angelii beati asistunt, quia de ministeriis que a deo reuelantur nihil scit vnum quod nesciat aliis. Sicut enim agencia corporalia bonitate que a deo receperunt aliis comunicant quanti possibile est. Sic & multo magis sancti angelii qui sunt in plenissima participatione bonitatis diuinæ, quae quid a deo percipiunt subiecti impertuntur: vnde Dion. 15, corollis Hierar. dicit q̄ vnaquæque celestis essentia intelligentia sibi a superiori datum inferiori communicat. Si vero accipiatur asistere deo magis specialiter, scilicet pro eo quod est scire eius mentem immediate sic non oes angelii beati asistunt, sed illi soli qui immediate a deo illi ministrant. Et secundum hoc ordo dominationū non ester de asistentibus: cum pertineat ad secundam Hierarchiam. Angelii autē secundū Hierarchiæ illuminantur ab angelis primis Hierarchiæ secundis Diony. 3, cap. 10 celestis Hierarchiæ. Et ideo forte melius est quod dicatur quod omnes asistunt. Sed horum quidam asistunt & ministrant regulariter, alii vero non, sed solum asistunt: & sic intelligenda est distin. scriptura.

5 A D Argumentum patet solutio ex dictis,

Sententia distinctionis undecimæ in

Generali & Speciali.

LLVD quoq; sciendum. Superior determinauit Magister de officiis angelorum dignioribus, hic determinat de officio inferiori quod est custodiare. Et diuiditur in duas partes. Primo determinat de ipso officio. Secundū de effectu officium consequente. Secunda ibi, prater ea illud considerari oportet. Prima diuiditur in duas. Primi ponit suum intentum. Secundū mouet quandam quæstionem & ipsam pertractando determinat. Secunda ibi, foliet etiam queri. Secunda principalis in qua determinat effectum consequente diuiditur in tres. Primo mouet quæstionem & tangit circa eam op. Secundo tangit aliam opinionem. Tertio eligit alteram istarum, & autoritates que obuiare videntur, exponit. Secunda ibi, Alij autem dicunt. Tertia ibi, Illud vero quod alij. Prima istarum diuiditur in tres. Primo tangit opinionem. Secundo op. confirmationem. Tertio circa illam mouet quæstionem & solvit. Secunda ibi, & quod angelii proficiant. Tertia, his autem contradicere. Hæc est sententia & diuisio litteræ in generali.

2 IN speciali sic procedit Magister. Primo ponit quod vnaquæque anima habet vnum angelum bonum ad custodiæ sui deputatum, & malum ad sui exercitum. Quod autoritatibus confirmat. Postea querit, vtrum quilibet homo habeat vnum angelum custodem suum, aut an vnum angelus plures custodiatur. Et opponit ad hoc, dicens q̄ nō videat vnum bonus angelus vnum tantum esse custos. Quia cum boni homines & electi sint tot quot angelii boni, nō potest esse q̄ boni homines & mali singuli habeat singulos angelos bonos ad sui custodiæ. Itē cū tot sint electi quot angelii boni, & angelii boni plures sint q̄ mali, pluresq; sint homines mali q̄ boni, cōsequens est plures esse homines q̄ mali sint angelii, & plures esse homines quā sint boni vel mali angelii. Ex quo concludit vnum bonum angelum plures custodiare sicut vni homini cōmittitur custodia multorum, & vnum malum angelum pluribus deputatum ad exercitum sive eodem tempore, sive in diueris, quod dicit propter hoc, quia forte verū est vt quidam dicunt, quod oes homines existentes in hac vita eodem tempore habeat singulos angelos ad custodiæ, vel ad exercitum deputatos. Postea querit, vtrum boni angelii in merito, vel in pæremio proficiant. Tangit etiam circa hoc opinionem quorundam ponentium q̄ mereantur propter obsequiū quod nobis impendunt, & sic proficiunt in merito & proficiunt in pæremio, scilicet in cognitione & dilectione Dei, quia magis

### Sancto Porciano

ac magis ipsum cognoscat, & diligunt. Postea probat q̄ in cognitione proficiant ipsi angelii, per hoc enim plene cognoverunt ministerium incarnationis vñq; post passionem, & Apostolorū prædicationem. Postea obtinet in contrarium per autoritatem Aug. Sed Magister exponit sic & determinat quod angelii maiores presciuerunt incarnationē anteq; fieret, nō tamē perfectè. Minores vero nō cognoverunt nisi postquam facta est. Ex quo cōcludit q̄ in vtrōq; profecerunt, & proficiunt vñq; ad diem iudicij. Postea ponit aliorū opinionem dicens q̄ quidam dicunt q̄ in cognitione diuinitatis non proficiunt, sed solum in cognitione rerum exteriorum. Vterius approbat prædictā opinionem, & quia quædam autoritates videntur contra quae dicunt angelos omnia scire, exponit eas, & patet expositio in litera.

### Q Y E S T I O PRIMA.

Vtrum quilibet homo ab initio sua nativitatis vñq; ad terminum vitæ suæ habeat angelum ad suam custodiæ deputatum.

Thom. 1. q. 113. ar. 4. 5. C. 6.

Circa distinctionem istam queritur de tribus principiis paliter. Primum est de custodia hominum per angelos. Secundum est de locatione angelorum. Tertium est de illuminatione vñris angelii per alterum. Quātum ad primum queritur, vtrum quilibet homo ab initio sua nativitatis vñq; ad terminum vitæ suæ habeat angelum ad suam custodiæ deputatum. Et arguitur q̄ non. Quia ubi est fortior custos, infirmior superfluit, sed homines custodiuntur a deo qui est potentissimus, ergo superflue haberet angelum custodem.

2 Item custodia angelorum circa hōies est vt per eos dirigantur homines ad salutē secundum illud q̄ dicit Apol. ad Heb. 1. Oes sunt administratori spiritus propter eos qui hæreditatem capiunt salutis, sed homines nō sunt capaces salutis antequa fuit baptizati, ergo ante baptismum non habent custodiæ angelorum.

3 Item Christus fuit beatus ab instanti sua conceptionis nō habuit angelum custodem.

4 IN CONTRARIUM est q̄ dicitur in psal. An gelis suis Deus mandauit de te vt custodiāt te in omnibus viis tuis.

5 Item Hiero. super illud Mat. 18. Angeli eorum in co lis semper vident faciem patris, dicit magna ei dignitas animarum vt vnaquæque habeat ab exordio nativitatis angelum ad suam custodiæ deputatum.

6 R E S P O N S I O. Ita quæstio duo implicat. Primum est de custodia hominum per angelos. Secundum est de tempore quo prædicta custodia incipit.

7 Quantum ad primum rationabiliter ponitur q̄ homines custodiatur per angelos bonos, quia secundū Dion. lex diuinitatis est q̄ inferiora reducatur ad supremam per media. Sed angelii sunt medi inter deum & homines, & ideo rationabiliter est q̄ homines reducatur in deum in cuius cognitione & dilectione eorum beatitudo constituit per ministerium seu adiutoriorum angelorum: hoc autem ministerium seu adiutoriorum constituit in instigatione ad hominem quod sit insuperfluit per angelos dum illuminant homines ad bene agendum, & in repressione malorum angelorum ne noceant hominibus quantum vellent siue tentando siue corporaliter affligendo.

8 Quātum ad secundum tenetur communiter, quod angelii deputarunt ad custodiæ hominum à tempore nativitatis vñq; ad horā mortis inclusuē, & rationabiliter, quia constituti in via periculosa indigen custodia, sed homines ab hora nativitatis vñq; ad horam mortis sunt constituti in via redendi ad patriam, in qua quidem via multa pericula eis imminent, tam ab interiori quam ab exteriō, secundum illud Psalmistæ. In via hac quo ambabam abscondenter mihi, quando autem peruererunt ad terminum per mortem sunt extra onne periculum, si sint boni, vel irreparabiliter perierunt, si sint mali: & ideo homines à nativitate vñque ad mortem indigen angelorum custodia, & non prius, nec postea. Nisi forte diceres ut quod pueri postquam in materno utero animati sunt in di